

## Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

**C**Arneades Epicomi siue ut Alexander in successionibus tradit philo-  
comi filius cyrenæus: hic stoicorū & Chrysippi libris diligētissime per-  
lectis eis modice reluctabatur: adeoq; id ueruscunde faciebat: ut id sā-  
pius diceret: nisi Chrysippus esset: non essem ego. Fuit aut uahementer studio-  
sus: porro physicae minus curā habuit ethicæ se magis deuouit. Quocirca & cæ-  
fariem & unguis nutriebat præcipua intentione studiorū. Adeo aut in philoso-  
phia uiguit: tātumq; sibi in ea neruorum comparauit: ut oratores quoq; in ipsis  
scholis ad eum audiendum pergerent. Erat aut illi & uox maxima & præcipue  
sonora: adeo ut gymnasii princeps ad illum mitteret: ac ne ita clamaret admōe-  
ret. Ad quem ille: da uocis modum inquit. Et ille sapientissime sane congrueq;  
respondit. Modum enim habes ait auditores. Acriter aut inuehebatur atque in  
quæstioib; erat insuperabilis. Coenas aut ob causas prædictas iam declinabat.  
Hic aliquando cum Mentor bithynus discipulus atque auditor suus pellicem  
suam adamaret: ut Fauorinus refert in omnimoda historia: interdicendum ita ī  
illum iocatus est. Versatur hic senex quidam inanis futilis Métori corpore atq;  
uoce simillimus: eum hac schola abdicari placet. At ille continuo exurgens intu-  
lit hæc illi dixere: concite isti surrexerunt. Durius autem uidetur circa finem uer-  
satus esse cum sāpius diceret quæ constituit natura & compegit ea & dissoluet.  
Cum autem didicisset Antipatrum ueneno hausto defunctum & ipse incitatus  
est ad audiendum contra mortem: aitq; suis. Date igitur & mihi. Qui cum dice-  
rent quid: ait mulsum. Defuncto autem illo defectionem lunæ factam aiunt: ut  
compati sibi uideri possit. pulcherrimum post solem sydus refert Apollodorus  
in chronicis humanis eum excessisse rebus olympiadis centesimæ sexagesimæ se-  
cundæ anno quarto: cum uixisset annos octoginta quinq;. Feruntur eius episto-  
la ad Ariathem cappadociae regem. Reliqua ipsius conscripsere discipuli: ipse  
enim nihil reliquit. est autem & in hunc nostrum epigramma logadico &  
ar-  
chabuleo metro.

Quid me carneade: quid me musa uis arguere?  
Indocilis qui nihil uidit quod metuerat mori:  
Quando & phthisicum olim habens pessimum morbum  
Noluit solutionem habere: sed audiens q; uenenum  
Antipatrus bibens extinctus est: date igitur  
Inquit aliquid & mihi bibere.  
Quid tamen quid: date mulsum ualdeq;  
Habuit prompta hæc natura continens me:  
Et dissoluetur iam: & hic quidem nihil minus  
Cessit sub terram: dicebat autem plura  
Mala lucra habentem ire ad plutonem.  
Fertur ei lumina calligine offendi solita: ipso nihil aduertente: iubereq; solitum  
puero lucernam accendere: quā ille cū intulisset: ac diceret attuli: respondere cō-